



SINVS
CANTABRICVS

GALLIE PARS

OCEANVS
OCCIDENTALIS

HISPANIA

TARRACONENSIS

LUSITANIA

BETICA

MARE BALEARICVM

MARE IBERICVM

Climax

dis

pythuse insule due


Baleares insule
dicitur ginnethie

Herniten



TABVLA · II · EVRO ·

ET PRIMO DE HISPANIA.



HISPANIA MAXIMA Europe regio, terris optimis cōparanda, nullis posthabēda, frugū copia, siue soli vbertatē, siue vinearum prouentus, siue arborarios respicere velis: omni materia affluit, quęcunq; aut precio chara esse possit, aut vsu necessaria, adeo, vt non ipsis incolis tm̄, verum etiam Italię, vrbicq; Romę, ad cunctarū rerum abundantiam sufficiat. Argentū, gemmas, & aurū, si requiras, habet. Ferrarijs nuncq; deficit, nec cedit vitibus, vincit oleis, nihil ociosum in ea, nihil sterile. Non coquunt ibi sales, sed effodiūt. Non violento sole torretur, vt Aphrica, neq; assiduis ventis, vt Gallia fatigat, Salubritas coeli p̄ omnē regionem equalis. Nulla paludum graui nebula inficit, sed marina aura perflatur. Lini, spariq; in ea vis ingens, minij certe nulla feracior terra: Cursus anniū, non torrentes, rapidiq; vt noceant, sed lenes, & vineis campisq; irrigui, estuarijsq; oceani affati piscosi. In nulla tm̄ re magis olim cōdemnata est, q̄ equorū pernitate, quos ibi a v̄to concipi, memorię prodiūt est. Fuit olim tota Hispanię terra (vt nihil obmittatur, quod ad regionis cognitionē attinere cognoscitur) diuisa, in vltiorem & citeriorem Hispanias. Citerior eadē, quę Tarraconensis ad Pyrenea vsq; iuga protenditur. Vltior in duas, per longitudinē prouintias diuidit̄. In Bethicam & Lusitaniā. Superioribus annis Hispania in regna quinq; diuisa est, scilicet, in Castellę, Arragonū, Portugalie, Nauarre & Granatę.


DE LVSITANIA.

LVSTITANIA quę & hodie Portugalia appellatur, populos habet Hispanię fortissimos, scrutatores insidiosos, veloces, agiles, atq; versatiles. Scutis duū pedum latitudine vtuntur curuis, ad anteriora spectantibus, quibus neq; fibula, nec ansa vlla est, his in bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus, & sagittas euitent. Gladiolus aut pugio lateri adheret. Plurimi lineos thoraces habent: perpauci lorice vtuntur, aut cristatis cassidibus. nonnulli neruatis galeis. Iaculum longe iaciunt, & summa arte, in acie diutius p̄seuerant. Mobili corpore, leuicq; vt facile et fugiant hostem, & insequantur.

TABVLA · II · EVROPAE

Hę sunt cognitis totius orbis Prouintijs seu Prefecturis quas secūda Europę tabula complectitur.

Hispania Betica.
Hispania Lusitania.
Hispania Tarraconensis.



SECUNDA Europę tabula cōtinet Hispaniam totā, in tres prouintias partitā, cū insulis sibi adiacentibus.

Corduba maximā diem habet hor. 14 $\frac{2}{3}$ fere. Et distat ab Alexādr̄ia versus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

Tarraconensis.

Asturica augusta maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$ 12. Et distat ab Alexādr̄ia versus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

Noua Chartago habet maximā diē ho. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

Tarracon maximā diē habet hor. 15. Et distat ab Alexandria, versus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ 12.

Clunia maximā diem habet hor. 15 $\frac{1}{8}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{1}{4}$.

Cæsarea Augusta maximam diē habet hor. 15 12. Et distat ab Alexādr̄ia versus occasum hor. 3.

Gadira insula maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria versus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

AREA TABVLAE.

Secunda v̄o Europę tabula cōtinet a partibus 2 $\frac{1}{2}$ vsq; ad partes. 20 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lōgitudō partū 18. Latitudo autē a partibus. 36. vsq; ad partes. 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Ita vt Latitudo fiat partū 10 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Parallelus aut per eius mediū ductus, rationem habet ad meridianū, quam tria ad quatuor fere.

Terminatur aut tabula.

Ab oriente Pyreneis montibus.

A meridie Baliarico & Iberico pelago, fretocq; Herculeo, & parte exterioris maris.

Ab occasu occidentali Oceano A septentrionibus aut Oceano Cantabrico.

Lusitanię prouintię.

Norba Cæsarea maximā diem habet ho. 14 $\frac{2}{3}$ 12. fere. Distatq; ab Alexādr̄ia versus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ fere.

Augusta emerita maximā diem habet ho. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexādr̄ia versus occasum horis 3 $\frac{1}{2}$ fere.

Beticae

Ispalis habet maximā diē ho. 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexā. versus occasum ho. 3 $\frac{1}{2}$.



PENINSULA IBERICA

C. PTOLEMY / L. FRIES

STRASBOURG, 1577-1525

Composed by M. Jonathan POSTER in London on 20 Feb. 1997 for £220.00 = 25,000.00



12790